PROPER of the MASS

SS NAZARIUS AND CELSUS, Martyrs
ST VICTOR I, Pope, Martyr
ST INNOCENT I, Pope, Martyr

July 28

INTROIT

Psalm 78: 11,12,10

INTRET in conspectu tuo, Domine; gemitus compeditorum: redde vicinis nostris septuplum in sinueorum: vindica sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. *Ps.* Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam: polluerunt templum sanctum tuum: postuerunt Jerusalem in pomorum custodiam. Gloria Patri.

Let the sighing of the prisoners come in before Thee, O Lord; render to our neighbours sevenfold in their bosom; revenge the blood of Thy saints, which hath been shed. *Ps.* O God, the heathens are come into Thy inheritance: they have defiled Thy holy temple: they have made Jerusalem as a place to keep fruit. Glory be to the Father.

COLLECT

SANCTÓRUM tuórum nos, Dómine, Nazárii, Celsi, Victóris et Innocéntii conféssio beáta commúniat: et fragilitáti nostræ subsídium dignánter exóret. Per Dominum.

May the confession of Thy saints, Nazarius, Celsus, Victor, and Innocent, fortify us, O Lord, and may it, for the sake of their merits, obtain help for our frailty. Through our Lord.

EPISTLE

Wisdom 10: 17-20

RÉDDIDIT Deus justis mercédem labórum suórum, et dedúxit illos in via mirábili: et fuit íllis in velaménto diéi, et in luce stellárum per noctem: tránstulit illos per Mare Rubrum, et transvéxit illos per aquam nímiam. Inimícos autem illórum demérsit in mare, et ab altitúdine inferórum edúxit illos. Ideo justi tulérunt spólia impiórum, et decantavérunt, Dómine, nomen sanctum tuum, et victrícem manum tuam laudavérunt páriter, Dómine Deus noster.

God rendered to the just the wages of their labours, and conducted them in a wonderful way; and He was to them for a covert by day, and for the light of stars by night; and He brought them through the Red Sea, and carried them over through a great water. But their enemies He drowned in the sea, and from the depth of hell He brought them out. Therefore the just took the spoils of the wicked. And they sung to Thy holy name, O Lord, and they praised with one accord Thy victorious hand, O Lord, our God.

GRADUAL

Exodus 15: 11,6

GLORIOSUS Deus in Sanctis suis, mirabilis in majestate, faciens prodigia. Dextera tua, Domine, glorificata est in virtute: dextera, manus tua confregit inimicos.

God is glorious in His Saints, wonderful in majesty, doing wonders. Thy right hand, O Lord, is glorified in strength; Thy right hand hath broken the enemies.

ALLELUIA

Exodus 44: 14

ALLELUIA, alleluia. Corpora sanctorum in pace sepulta sunt, et nomina eorum vivent generationem et generationem. Alleluia.

Alleluia, alleluia. Thy bodies of Thy Saints are buried in peace, and their name liveth unto generation and generation. Alleluia.

GOSPEL

Luke 21: 9-19

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Cum audieritis prælia, et seditiones, nolite terreri: oportet primum hæc fieri, sed nondum statim finis. Tunc dicebat illis : Surget gens contra gentem, et regnum adversus regnum. Et terræmotus magni erunt per loca, et pestilentiæ, et fames, terroresque de Cælo, et signa magna erunt. Sed ante hæc omnia injicient vobis manus suas, et presequentur tradentes in synagogas et custodias, trahentes ad reges et præsides propter nomen meum: continget autem vobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus vestris non præmeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os, et sapientiam, cui non poterunt resistere, et contradicere omnes adversarii vestri. Trademini autem a parentibus, et fratribus, et cognatis et amicis, et morte afficient ex vobis: et eritis odio omnibus propter nomen meum: et capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras.

At that time, Jesus said to His disciples: When you shall hear of wars and seditions, be not terrified: these things must first come to pass, but the end is not yet presently. Then He said to them: Nation shall rise against nation, and kingdom against kingdom. And there shall be great earthquakes in divers places, and pestilences, and famines and terrors from Heaven, and there shall be great signs. But before all these things, they will lay their hands on you and persecute you, delivering you up to the synagogues and into prisons, dragging you before kings and governors for My name's sake; and it shall happen unto you for a testimony. Lay it up therefore in your hearts, not to meditate before how you shall answer. For I will give you a mouth and wisdom, which all your adversaries shall not be able to resist and gainsay. And you shall be betrayed by your parents and brethren and kinsmen and friends, and some of you they will put to death: and you shall be hated by all men for My name's sake; but a hair of your head shall not perish. In your patience you shall possess your souls.

OFFERTORY

Psalm 67: 36

MIRABILIS Deus in sanctis suis: Deus Israel, ipse dabit virtutem; et fortitudinem plebi suæ: benedictus Deus.

God is wonderful in His saints: the God of Israel is He Who will give power and strength to His people: blessed be God.

SECRET

CONCÉDE nobis, omnípotens Deus: ut his munéribus, quæ in sanctórum tuórum Nazárii, Celsi, Victóris et Innocéntii honóre deférimus, et te placemus exhíbitis, et nos vivificémur accéptis. Per Dominum.

Grant us, O almighty God, that we may both please Thee with the offering and be vivified by the receiving of these gifts which we bring in honour of Thy saints, Nazarius, Celsus, Victor, and Innocent. Through our Lord.

COMMON PREFACE

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cœli, cœlorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

It is truly meet and just, right and for our salvation that we should at all times and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, eternal God: through Christ our Lord. through Whom the Angels praise Thy Majesty, Dominations worship, Powers stand in awe. The Heavens and the Heavenly hosts together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. Together with them we entreat Thee, that Thou mayest bid our voices also to be admitted, while we say in lowly praise:

COMMUNION

Wisdom 3: 4-6

ET si coram hominibus tormenta passi sunt, Deus tentavit eos: tamquam aurum in fornace probavit eos, et quasi holocausta accepit eos.

And though in the sight of men they suffered torments, God hath tried them: as gold in the furnace He hath proved them, and as a victim of a holocaust He hath received them.

POSTCOMMUNION

SANCTÓRUM Nazárii, Celsi, Victóris et Innocéntii, Dómine, intercessióne placátus: præsta, quæsumus; ut, quod temporáli celebrámus actióne, perpétua salvatióne capiámus. Per Dominum.

Being appeased by the intercession of Sts. Nazarius, Celsus, Victor, and Innocent, grant, we beseech Thee, O Lord, that what we celebrate by a temporal service we may receive for our eternal salvation. Through the Lord.